

Magister equitum.
Der Feldt Marschalck.

Nobilis eximia de patris origine cretus,
Nobile Marschalci munus equestris ag.
Præcipio turbis ego quicquid equestribus, illud
Ocyus exequitur quisq; fidelis eques.
Quo iuuat armatas ego dirigo fortiter alas,
Hostis ubi properans Marte propinquus adest.
Cuius et insultus exploro fideliter omnes,
In quibus et latebras quærat habere locis.
Ordine post equites in bella frementia duco,
Nec temere nostram respuit ullus opem.

Ductor equitum.
Der Keyfig Hauptmann oder der
Rittmeister.

Nomen honorificum gero centurionis equestris,
Nobilibus passim notus ubiq; viris.
Præmia militiæ qui puluerulenta sequutus,
A puero præsens tempus ad usq; fui.
Legibus hos equites rego conuenientibus omnes,
Quos fidei Princeps tradidit ipse meæ.
Omnia quæ nostras frumenta vehuntur ad oras,
Armata tueor, concomitorq; manu.
Si sit opus Vigilis benè munere fungor, et hostes
Terribiles inter fulmino, si sit opus.

Præfe-